

aliam Et tunc statim intrat in illam & calefit & calefactus discedit & uadit ad
aliam & ibi iterum callefit sic faciendo quousque peruenit domum uel ad locum
alium quo intendat & semper curendo uadunt ut citto perueniant de una stupa
ad aliam & ne nimis congelentur. & quam sepius accidit quod si unus homo
qui non bene scit indutus uel quia senex non posit iter uelociter expedire aut sit
denobilioris* complexionis & nature quam alij aut quia nimium distet domus
sua prius quam de una stupa ad aliam ualeat peruenire nimio frigore congelatus
cadi in terra & ibi moriretur set alij transeuntes statim ipsum capiunt & ad
stupam adducunt & expoliant qui dum ibi calefit re|cuperatur natura & uiuificatur 133^v
stupe quidem taliter facte sunt uidelicet quod facte sunt cum trabibus grossis per
quadrum superpositis una alteri & taliter simul concluduntur quod non poset
inter unam & aliam aliquid uideri & inter rimulas optime calcate sunt cum
calce & alijs ita quod uentus nec frigus alicunde potest intrare a parte superiori
ad tectum habent una[m] fenestram unde fumus egreditur cum in ipsis accenditur
ignis ad calefactionem earum habentur quidem ibi ligna habundanter de quibus
gentes ponunt multa super ignem. & faciunt magnum rogam & dum ligna ardent
& fumum emitu[n]t aperitur fenestra superior et egreditur Inde fumus cum uero
fumus amplius non emitunt clauditur tunc fenestra cum uno feltro ualde grosso
& prune remanent ualde magne que calidissimas tenent stupas a parte uero inferiori
uidelicet a latere stuparum est una fenestra optimo & grosso feltro traclusa quam
quidem fenestram aperiunt si quando uelint lucem habere & uentus non regnet si
uero uentus regnet & lucem uelint habere aperiunt fenestram superiorem ostium
quidem per quod intratur est de feltro similiter & per hunc modum facte sunt
ille stupe quilibet uero Nobilis & diues propriam habet(?) stupam domus omnes
ualde bene clause sunt ad frigoris defensionem/ dicemus quidem uobis modum
unum quem obseruant ipsi quidem uinum conficiunt de melle & panigio per-
fectissimum quod cerbesia| appellatur & ad istam cerbesiam maximas potationes 134^r
faciunt in hunc modum uidelicet quod multe congregantur comitiue hominum
& mulierum & precipue nobilium & magnatum in aliquibus quarum sunt triginta
in aliquibus xl^{ta} in aliquibus l^{ta}. ubi erunt mariti & uxores & filij & quilibet
comitiua intersse regem siue capitaneum constituunt & statuta uidelicet quod si
quis uerbum aliquod ineptum dixerit uel fecerit aliquid quod contra statutum
existit per impositum dominum puniretur modo sunt homines sicut dicerentur
tabernarij qui istam cerbesiam retinent ad uendendum iste quidem comitiue ad
tabernas istas uadunt & tota die in potationibus perseuerant & potationes illas
hapellant ipsi strauiza in sero uero tabernarij faciunt rationem cerbesie quam
transerint & quilibet soluit ratam sibi contingentem & uxori & filijs si ibi erunt &

* Read : debilioris